Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Hester

Et ut manifestius quod dicimus
intelligatis Aman filius
amathi et animo et gente
macedo alienusque a persarum
sanguine pietatem nostram sua
crudelitate commaculans peregrinus
susceptus a nobis in tantum
in se expertus humanitatem ut
pater noster vocaretur et adora-
retur ab omnibus post regem
secundus qui in tantum arrogantie
et timore sublatus est ut reg-
no nos privare niteretur et spiritu.
Nam mardocheum cuius fide
et beneficiis vivimus et consortem
regni nostri esther cum omni gen-
te sua novis quibusdam et
inauditis machinis expeti-
vit in mortem hoc cogitans
ut illis interfectis insidia-
retur nostre solitudini et regnum
persarum transferret ad macedo-
nas. Nos autem a pessimo mor-
talium iudeos neci destina-
tos in nulla penitus culpa re-
perimus sed e contrario iustis uten-
tes legibus et filios altissi-
mi et maximi semperque viventis
dei cuius beneficio et patribus nostris
et nobis est regnum traditum
et usque hodie custoditur. Unde
eas litteras quas sub nomine
meo ille direxerat sciatis esse
irritas. Pro quo scelere ante por-
tas huius urbis id est susis ipse
qui machinatus est et omnis cog-
natio eius pendet in pati-
bulis non nobis sed deo
ei reddente quod meruit. Hoc
autem edictum quod nunc emittimus
in cunctis urbibus proponatur
ut liceat iudeos uti legibus
suis quibus debetis esse au-
xilio ut eos qui se ad eorum
necem paraverant possint inter-
ficere tertia decima die mensis
duodecimi qui vocatur adar.
Hanc enim diem meroris et
luctus omnipotens deus eis vertit
in gaudium. Unde et vos inter
ceteros festos dies hanc habe-
tote diem et celebrate eam
cum omni leticia ut et posterum
noscatur omnes qui fideliter
persis obediunt dignam pro fide
recipere mercedem qui autem in-
sidiantur regno eorum perire pro
scelere. Omnis autem provincia et
civitas que noluerit sollempni-
tatis huius esse particeps gla-
dio et igne pereat et sic deleatur
ut non solum hominibus sed etiam
bestiis invia sit sempiternum
pro exemplo contemptus et in-
obediencie est. Explicit liber hester

Explicit liber Hester Regine

Sequitur liber Parabolarum

Incipit prefacio librorum Salomonis
sancti Jeronimi presbiteri ad Cromatium et
heliodorum